

Explicat liber Egidre secundus. In
 out liber Egidre tercius. Caplu I

Liber egiptre prophete
 secundus. filij sacri. fi
 lij azarei. filij belchie
 filij sadate. filij sadoch
 filij achitob filij achie
 filij pbinees. filij beli
 filij amerie. filij asiei. filij marimorb. fi
 lij arna. filij ozie. filij boruth. filij abisei.
 filij pbinees. filij eleaz. ar. filij aarō. ex tri
 bu leui. qui fuit captiuus in regione me
 dorum in regno artaxerxis regis persa
 rum. Et factum est verbum domini ad
 me dicens: Gade et nuncia populo meo
 facinora ipsorum et filijs eorum iniqui
 tates quas in me admiserunt. ut nunci
 ent filijs filiozum quia peccata parentū
 ipsorum in illis creuerūt. Obliti. n. mei
 sacrificauerunt dñs alienis. Nonne ego
 eduxi eos de terra egipti. de domo serui
 tuns? Ipsi autem irruerunt me. et cō
 filia mea spreuerunt. Tu autem excute
 cor mam capitis tui. et projice omnia ma
 la super illos. quoniam non obedierunt
 legi mee. Populus autem est indiscipli
 natus. Et si que quo eos sustinebo quibus
 rara beneficia cōtuli. Reges multos pp
 ter eos subueri pharaonem cum pue
 ris suis et omnē exercitum eius percussi.
 Omnes gentes a facie eorum perdidit
 et in oriente provinciarū duarum popu
 los tyri et sidonis dissipavi. et omnes ad
 uersarios eorum interfeci. Tu vero lo
 quere ad eos dicens: Hec dicit dominus
 Nepe ergo vos per mare transmeauit
 et plateas vobis initio mūtias exhibuit
 Ducem vobis dedit moysen et aaron sa
 cerdotem: lucem vobis per colūnam ig
 nis prestavit. et magna mirabilia fecit i vo
 bis. Vos autem mei obliti estis dicit do
 minus. Hec dicit dominus omnipotens
 Conturbavit vobis in signo fuit: castra vo
 bs ad tutelam dedi. et illic murmura

stis. et non triumphastis in nomine meo
 de perditione inimicorum vestrorum.
 sed adhuc nunc vsq; murmurastis. **U**
 bi sunt beneficia que prestavi vobis. **N**ō
 ne in deserto cum esurueris proclama
 stis ad me dicentes: ut quid nos i deser
 tu? istud adduxisti interficere nos? **V**e
 lius nobis fuerat seruire egiptijs q̄ mo
 ri in deserto hoc. Ego dolui gemitus ve
 stros et dedi vobis manā in escam. **P**a
 nem angelorum manducastis. Nonne
 cum situeris petram excidi. et fluxerunt
 aque in saturitate? **P**ropter estus folijs
 arborum vos tēxi. **D**ivisi vobis terras
 pingues: chanaanēos et pherejeos et phi
 listinos a facie vestra proieci. **Q**uid fa
 ciam vobis adhuc dicit dominus? **H**ec
 dicit dominus omnipotens. **I**n deser
 to cum essetis in flumine ammorrhoeo siti
 entes et blasphemantes nomen meum.
 non ignem vobis pro blasphemis de
 di. sed mittens lignum in aquam. dul
 ce feci flumen. **Q**uid tibi faciam iacob?
Noluisti obedire iuda. **T**ransferam me
 ad alias gentes. et dabo eis nomen me
 um: ut custodiant legitima mea. **Q**uo
 niam me dereliquistis. et ego vos dere
 linquam. **P**erentibus vobis a me mi
 sericordiam non miserebor: quando iuo
 cabitis me. ego non exaudiam vos. **I**a
 culastis enim manus vestras sanguine
 et pedes vestri impigri sunt ad cōmittē
 da homicidia. **N**on quasi me dereliqui
 stis. sed vos ipsos dicit dominus. **H**ec
 dicit dominus omnipotens. **N**ōne ego
 vos rogavi ut pater filios. et mater filias
 et ut nutrix parvulos suos: ut essetis mi
 hi in populum. et ego vobis in deum. et
 vos mihi in filios. et ego vobis in patrē
Ita vos collegi. ut gallina pullos suos
 sub alas suas. **M**odo autem quid faciā
 vobis? **P**roiciat vos a facie mea. **O**b
 lationem cum mihi attuleritis auertaz
 faciem meam a vobis. **D**ies enim festos
 vestros: et neomenia et circumcisiones